

Directions: Read each passage and answer the questions which follow by marking the letter of the response which best completes each sentence.

Selection One:

Aenēās filius Anchīsa<sup>2</sup> fuit, quī in Siciliā ē vītā excesserat. Tum Anchīsēs in somnō ad filium vēnerat et filium vocāverat: "Venī, fili, ad īferōs, ubi sum. Sibylla<sup>3</sup> viam nōvit et tē<sup>4</sup> dūcet."

Ita Aenēās in Italiam prōcessit, ubi Sibylla habitābat. Cōnsilium Sibyllae erat: "Sī in silvā rāmum<sup>5</sup> aureum inveniēs, ad īferōs tē<sup>5</sup> prōdūcam et sine periculō redūcam, sed sine rāmō numquam tē prōdūcam." Ita Aenēās in silvam properāvit. Auxiliō Veneris<sup>6</sup> rāmum invēnit et cum Sibyllā ad īferōs dēscendit. Ibi multa nova vīdit et nōvit.

Tum ad magnam silvam vēnerunt. Ibi erat Dīdō. Aenēās rēgīnam<sup>10</sup> vīdit et appellāvit: "Vērumne nūntius nūntiāvit? Vītamne āmisisti? Causane fui? Invītus<sup>7</sup> ex patriā tuā excessī, sed ita deus imperāvit." Sed rēgīna, nunc inimīca, verbīs lacrimisque Aenēae nōn movētur. Neque Aenēam spectāvit neque respondit sed in silvam fūgit.

Aenēās tardē ex silvā excessit et locum vīdit ubi malī poenā affi-<sup>15</sup> ciēbantur. Tum Aenēās Sibyllaque in Elysium<sup>8</sup> prōcessērunt. Ibi animae<sup>9</sup> bonōrum in concordīā vītā agēbant. Inīūriae et pugnae aberant. Ibi Anchīsēs erat. Grātus filium<sup>10</sup> accēpit et nūntiāvit: "Clārōs Rōmānōs quī postea in terrā erunt et glōriam populī tuī mōnstrābō. Rōmānī malōs superābunt et populōs aequē regent." Aenēās ab  
20 Anchīse nōn retinētur et ā Sibyllā in terram redūcitur. Tum loca commoda in Italiā occupāre mātūrāvit.

Glossary:

properavit = hastened  
commoda = suitable, convenient

iniuriae = injuries

1. Anchises ...
  - a. in Siciliā habitābat
  - b. erat mortuus
  - c. in Africā manēbat
  - d. causae Troianōrum nōn credēbat
2. Necesse erat Aeneae ...
  - a. Didonem ad Italiam ferre
  - b. ramum Anchisae dare
  - c. ramum aureum Sybillae dare
  - d. Sybillam petere
3. Domus Sybillae locāvit ...
  - a. in Africā
  - b. Troiae
  - c. in Siciliā
  - d. in Italiā
4. Aeneas cum ramō aureō et \_\_\_\_\_ ad Inferōs vēnit.
  - a. Sybillā
  - b. patre suō
  - c. Didōne
  - d. alteris Troianīs
5. Aeneas Didōnem spectāvit ...
  - a. et eum in complexū tenebat
  - b. sed Didōni nōn dicēbat
  - c. sed eī nōn ignoscēbat
  - d. none of the above

6. Aeneas Didōnem in Africā reliquit quod ...  
 a. deī iussērunt eum discedere      c. Dido eum nōn iam amāvit  
 b. necesse erat Troiam redīre      d. deī Didōnem necāvērunt
7. In Inferīs sunt animī quī ...  
 a. poenās nōn merent      c. poenās accipiunt  
 b. modo mortuī sunt      d. all of the above
8. Anchises Aeneae monstrāvit ...  
 a. futura Didōnis      c. mortem Ascaniī  
 b. virōs Romanōs quī postea vivunt      d. none of the above
9. Verba Anchisae ...  
 a. ēgērunt Aeneam loca in Italiā petere      c. Aeneam tristem esse  
 b. Aeneas nōn audīvit      d. nihil Aeneae fēcit
10. Aeneas rediit in terram ...  
 a. cum Anchisā      c. cum Didōne  
 b. cum Sybillā      d. sōlus
11. The best title for this passage would be ...  
 a. Aeneas Reconciles with Dido      c. Dido Spurns Aeneas  
 b. The Sybil Helps Aeneas      d. Aeneas Visits the Underworld

Selection Two:

Olim in Latiō erat oppidum appellatum Pallanteum. Rex<sup>1</sup> oppidī, Ēvander, cum multis colōnīs ab Arcadiā migrāverat. In Italiā oppidum mūniverant in locō ubi postea<sup>2</sup> Rōmulus Rōmam mūnīvit. Cum finitimīs, populīs Latīnīs, bellum semper gerēbant.

Aenēās et colōnī Troiānī etiam<sup>3</sup> in Italiā habitābant et etiam cum Latīnīs pugnābant. Quod sociōs cupiēbant, Aenēās et paucī virī ad Pallanteum accessērunt. Extrā<sup>4</sup> oppidum Troiānī filium Ēvandri et paucōs Arcadiānōs invēnērunt. 5

PALLAS: Pallas sum, filiūs Ēvandri. Ego et amīcī meī vōs salūtāmus.<sup>5</sup> Quī<sup>6</sup> estis? Cur<sup>7</sup> tu et virī tuī ad Pallanteum vēnistis? 10

AENĒAS: Appellor Aenēās. Ego et virī meī ad Italiā ā deīs ductī sumus. Nunc auxilium vestrum cupimus. Accipite nōs, quaesō,<sup>8</sup> et fābulam<sup>9</sup> nostram audīte.

PALLAS: Vōs nōn dīmīttam. Multa dē vōbīs audīvī. Ad oppidum nōbīscum prōcēdite. 15

(Rex Ēvander grātē Aenēās accipit.)

ĒVANDER: Ubi<sup>10</sup> puer eram in Arcadiā, Aenēās, pater tuus ad patriam meam vēnit. Is mihi multa grāta dōnāvit. Virum grātē memoriā teneō. Tu etiam vidēris<sup>11</sup> vir bonus et pius.<sup>12</sup> Tē probō et tibi auxilium dōnābō.

AENĒAS: Grātiās tibi agō, Ēvander. Firmī sociī erimus. 20

ĒVANDER: Quod ego nōn iam<sup>13</sup> iuvenis<sup>14</sup> sum, pūgnarē vōbīscum dubīto. Tibi, Aenēās, filium meum mandābō. Is integer est et prō mē pugnābit. Pallas, mī fili, tē cum Troiānīs nunc dīmīttam. Tēcum prōdūce multōs virōs.

25 PALLAS: Valē, pater! Nōs fortiter<sup>15</sup> bellum gerēmus.

Et fortiter pugnāvit Pallas. Sed miser Ēvander numquam filium vīvum<sup>16</sup> iterum<sup>17</sup> vidit.

Glossary:

quaeso = please

pius = loyal

integer = whole, healthy, strong

videris = you seem to be

iuvenis = young

fortiter bravely

12. Pallanteum est ...  
 a. rex Graecōrum in Italiā  
 b. dux Latinōrum  
 c. oppidum in locō ubi Rōma erit  
 d. none of the above
13. Rex Pallanteī ...  
 a. habet multōs filiōs  
 b. nōn est a Latio  
 c. auxilium Troianīs nōn dat  
 d. est inimicus Aeneae
14. Troiānī ...  
 a. Troiam redeunt  
 b. cum Latinīs contra Evandrem pugnāt  
 c. sine auxiliō Evandri pugnāt  
 d. none of the above
15. Aeneas vult ...  
 a. Pallam in urbe manere  
 b. auxilium Evandri  
 c. Troiam redire  
 d. none of the above
16. Aeneas : Troiānī :: \_\_\_\_\_ : Arcadiānī  
 a. Evander  
 b. Rōmulus  
 c. Pallas  
 d. Rōma
17. Pallas ...  
 a. iam dē Troiā cognōvit  
 b. Aeneam comiter in Lavinium accēpit  
 c. numquam antea dē Troiānīs audīverat  
 d. none of the above
18. Pater Aeneae numquam antea in Arcadia vēnerat.  
 a. verum  
 b. falsum
19. Evandro multa ā patre Aeneae ...  
 a. dicta sunt  
 b. capta sunt  
 c. donata sunt  
 d. none of the above
20. Quod Evander senex est ...  
 a. cum Aeneā pugnāre vult  
 b. Pallantem socium Aeneae dat  
 c. Pallantem cum Aeneā vetat  
 d. none of the above
21. Pallas cupit ...  
 a. ad Arcadiam redire  
 b. patrem numquam iterum videre  
 c. cum Aeneā bellum gerere  
 d. none of the above
22. Pallas ...  
 a. cum patre manet  
 b. senex fiet  
 c. sine Aeneā in pugnam it  
 d. ad patrem nōn ~~redit~~ redit
23. The best title for this passage would be ...  
 a. Aeneas Finds Italian allies  
 b. Aeneas Finds Greek Enemies  
 c. Aeneas Rediscovered his Greek Enemies  
 d. none of the above

Selection Three:

Troia ā Graecīs capta erat et Aenēās cum paucīs Troiānīs ad Italiā vēnerat et per terrās barbarōrum virōs prōdūxerat. Sed Iūnō inimīca mānsit et contrā Aenēam miserum multōs barbarōs populōs Italiae incitāvit. Ā Turnō Lāvīnia, filia rēgis<sup>1</sup> Latīnī, amābatur sed Aenēae<sup>2</sup> dōnāta est. Turnus bellum gerere nōn dubitāvit. Ab Aenēā bellum nōn grātē susceptum est; ad terminum vitae sub armīs esse nōn cupīvit. Sed causa Troiānōrum ā Fātīs suscepta erat. Aenēās etiam ā Graecīs quī in Italiā habitābant beneficium et auxilium accēpit, quod Turnō inimīcī erant. Per multōs diēs bellum gestum<sup>10</sup> est et multa ēgregia exempla virtūtis<sup>3</sup> in proeliis clārīs prōposita sunt. Tandem Turnus sōlus Aenēam solum ad pugnam ēvocāvit, quod reliquīs exemplum prōpōnere cupīvit. In locō commodō sub portīs oppidī pugnāvērunt. Nōn longa fuit pugna, quod Venus, māter Aenēae, filiō ēgregia arma dōnāverat quae<sup>4</sup> deus Vulcānus fēcerat. Fāta iusserant auxilium ad Turnum nōn mittī;<sup>5</sup> itaque Iūnō aberat. Turnī vita fūgit et Aenēās ad terminum periculōrum vēnit et otium invēnit.

24. Turnus est ...  
 a. amīcus Iunōnis  
 b. marītus Laviniae  
 c. Latīnus  
 d. rex Latinōrum
25. Turnus Aeneam oppugnat...  
 a. quod Graecus erat  
 b. causā Jovis  
 c. quod Troiānus erat  
 d. quod Aeneae Lavinia data erat
26. Aeneas pugnāre nōn vult quod ...  
 a. Turnus amicus suus est  
 b. in bellō morīrī nōn cupit  
 c. Laviniam in matrimōniam ducere mavult.  
 d. none of the above
27. Aeneas ā Graecīs ...  
 a. interfectus est  
 b. nihil petit  
 c. auxilium accēpit  
 d. none of the above
28. Fatae ...  
 a. Troiānōs nōn amāverunt  
 b. Troiānīs auxilium dederunt  
 c. Turnum interfecērunt  
 d. hostēs Troiānī erant
29. Graeci in Italia ...  
 a. Aeneam nōn cupīverunt  
 b. sociī Turnī erant  
 c. Aeneam non Turnum maluerunt  
 d. semper Troiānōs nōn amāverunt
30. Bellum inter Troiānōs et Latīnōs ....  
 a. modo paucos diēs gestum est  
 b. multos annos gestum est  
 c. habuit nulla proelia praeclara  
 d. nōn breve erat
31. Turnus et Aeneas in sē ...  
 a. ceciderunt  
 b. complexū tenuerunt  
 c. pugnam commiserunt  
 d. all ~~some~~ of the above
32. Arma Aeneae sunt superiora Turnī quod ...  
 a. facta a deo est  
 b. donum matris suae erat  
 c. donum Veneris erat  
 d. all of the above
33. Turnus habuit ...  
 a. arma deorum  
 b. amicitiam Graecorum  
 c. auxilium ā Iunōne  
 d. nullum auxilium ā deīs
34. Aeneas Turnum ...  
 a. interfecit  
 b. Laviniae dedit  
 c. vivere licuit  
 d. none of the above
35. The best title for this passage might be ...  
 a. The Trojans Earn Victory in Single Combat  
 b. Aeneas and Turnus Negotiate for Peace  
 c. Death Comes for the Trojan Leader  
 d. Lavinia, You is My Woman Now

TIE-BREAKERS:

The following items will be counted only in the event of a tie.

[The murder of Gracchus]

Decem annis interpositis (*having elapsed*), idem furor (*passion*) qui Ti. Gracchum, Gaium frātre[m] eius occupāvit. Gaius enim omnibus Italiis (*Italians*) civitatem dabat, extendēbat eam paene (*almost*) ad Alpēs, agrōs dividēbat, prohibuit quemquam (*each*) civem plūs quingentis iugeribus (*500 acres*) habēre, iudicia (*law courts*) ā senātū trānsferēbat ad equitēs, frūmentum plēbi dari iussit. Hunc L. Opimius cōsul armis petivit, dēnique (*finally*) interfecit. Corpus eius in Tiberim iactum est.

51. What was the relationship between Tiberius and Gaius? They were...
- a. brothers
  - b. enemies
  - c. friends
  - d. strangers
52. What happened after a lapse of 10 years?
- a. Gaius seized his brother.
  - b. Gracchus seized Gaius.
  - c. The same passion seized Gaius.
  - d. Tiberius seized Gracchus.
53. What was ONE of the reforms accomplished by Gaius?
- a. He transferred the law courts to the senate.
  - b. He prevented each citizen from having fewer than 500 acres.
  - c. He refused citizenship to the Italians.
  - d. He ordered grain to be given to the common people.
54. How did Lucius Opimius react to these reforms?
- a. He sought arms and fought.
  - b. He attacked Gaius and killed him.
  - c. He killed the consul with arms.
  - d. He asked the consul for arms.
55. How was the body of Gaius disposed of?
- a. It was thrown into the river.
  - b. It was given to Tiberius
  - c. It was buried by Tiberius.
  - d. It was carried away on the Tiber.